BIBLIA LATINA, BD. 1
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 118r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ego precipio tibi hodie faciet te
dominus deus tuus excelsiorem
cunctis gentibus que versantur in
terra. Venerunt super te universe
benedictiones iste et apprehendent te si
tamen precepta eius audieris bene
dictus tu in civitate et benedictus in
agro. benedictus fructus ventris
tui et fructus terre tue. fructus
quoque iumentorum tuorum. greges
armentorum tuorum et caule o
vium tuarum. Benedicta horrea
tua et benedicte reliquie tue. Bene
dictus eris ingrediens et egrediens
Dabit dominus inimicos tuos
qui insurgunt adversum te corr
uentes in conspectu tuo. Per una
viam contra te venient et per sep
tem fugient a facie tua. Emittet
dominus benedictionem super cellaria
tua et super omnia opera tua et ma
nuum tuarum. Benedicetque tibi in
terra quam acceperis. Suscitabit
te dominus sibi in populum sanctum
sicut iuravit. Si custodieris man
data domini dei tui et ambulaveris
in viis eius videbuntque omnes
populi terrarum quod nomen domini
invocatum sit super te et timebunt
te. Habundare te faciet domi
nus omnibus bonis fructu uteri tui
et fructu iumentorum tuorum. fruc
tu terre tue quam iuravit dominus
patribus tuis ut daret tibi. Ape
riet dominus thesaurum suum
optimum celum ut pluviam terre
sue tribuat in tempore suo. Bene
dicetque cunctis operibus manuum
tuarum. Et fenerabis gentibus
multis et ipse a nullo fenus acci

pies. Constituet te dominus deus
tuus in caput et non in caudam
et eris semper supra et non subter
si tamen audieris mandata domini
dei tui que ego precipio tibi hodie
et custodieris ac feceris et non declina
veris ab eis nec ad dexteram nec ad si
nistram nec secutus fueris deos ali
enos neque colueris eos. Quod si
audire volueris vocem domini
dei tui. ut custodias et facias om
nia mandata eius et cerimonias
eius que ego precipio tibi hodie. Veni
ent super te omnes maledictiones iste
et apprehendent te. Maledictus eris
in civitate. maledictus in agro
maledictum horreum tuum et male
dicte reliquie tue. maledictus fruc
tus ventris tui et fructus terre tue
armenta bovum tuorum et greges
ovium tuarum. Maledictus eris
ingrediens et maledictus eris e
grediens. mittet dominus super
te famem et esuriem et increpati
onem in omnia opera tua que tu fa
cies donec conteret te. et perdat ve
lociter propter adinventiones tuas pes
simas in quibus reliquisti me.
Adiungat tibi dominus pestilen
ciam donec consumat te. terra ad
quam ingredieris possidendam
Percutiat te dominus egestate et
febri et frigore in ardore et estu et
aere corrupto ac rubigine et per
sequatur donec pereas. Sit celum
quod supra te est eneum et terra
quam calcas ferrea. Det tibi do
minus ymbrem terre tue pulverem
et de celo descendat super te cinis
donec conteraris. Tradat te dominus